

JCTO
SAXONUM SUMMO
EXCELLENTISSIMO
ABRAHAMO
CHRISTOPHORO
PLAZIO,

POTENT. POLON. REGI A CONSILIIS SUMMI
PROVOCATIONUM SENATUS, PROVINCIALIS CURIÆ
SUPREMÆ ET SCABINATUS ELECTORALIS ASSESSORI
CONSULI SENIORI, RELIQUA,

DE HIS
ET ALIIS DIGNITATIBUS IN PATRIÆ SALUTEM
SINGULARI INTEGRITATE ET FIDE DEFUNCTO
ET FUNGENTI,

DE
HONORIBUS IN JURE SUMMIS
FILII OPTIMI
DOMINI GEORGII
CHRISTOPHORI
PLAZII,

VIRI ORDINIS SENATORII PRUDENTISSIMI
INTER APPLAUSUS COMMUNES IPSO RENUNTIATIONIS DIE
d. IV. DEC. MDCCXXVII.

GRATULATUR

GUSTAVUS HENRICUS MYLIUS,
JCTUS, CURIÆ SUPREMÆ, QUÆ LIPSIAE EST, ET FACULTATIS
JURIDICÆ ASSESSOR.

LIPSIAE,
LITERIS GEORGII SAALBACHII.

Biogr. erud.

D. 222, 62.

Vitt. Erud. Ling. - Vol. 0 - 9.

1810

SAXONUM SUMMO

EXCELLENTISSIMO

ABRAHAMO

CHRISTOPHORO

PLAVIO

PROFESSORI

ET

HONORARI

ET

DOMINI GEORGI

CHRISTOPHORI

PLAVII

VI

IN

GUSTAVUS HENRICUS MYLLIUS

DOCTOR

PHILOSOPHIAE

1810

LITENS GEORGI BARBACHII



VIR ILLUSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIME

Snter eos omnes, qui Sobolem TUAM
efflorescentem huc usque admirati sunt, &
de hac felicitate singulari votivos plausus
certatim ut edere possint, omnem causam
conquisiverunt, novissimus tandem ego accedo, nec in
Turba illorum comparere volui. Et id quidem con-
sulto, magnoque cum studio. Ex eo enim tempore,
quo ante quinque Lustra, & quod excurrit, in Pane-

gyri Solenni TE, VIR SUMME, filium bonæ
spei, eumque unicum fatis ereptum, lugentem ver-
bis dimidiatis coram affari licebat, tanta quidem No-
minis TUI Gentisque TUÆ splendor cepit incre-
menta, tantusque felicitati TUÆ cumulus accessit,
ut argumentum dicendi & occasio congratulandi nul-
lo tempore me defecerit. Nec me, qui aliis, iisque vi-
ris imi subsellii ac magistris patellaris quandoque ap-
plaudens documentum amicitiae dedi, meæ observan-
tiae, quæ erga Te summa est, oblitum fuisse credas, quin
potius omne illud, quod singularis benevolentia, qua
me, meosque prosequeris, & patrocinium Tuum,
studii & obsequii mei genus exposcit, animo affixum
insitumque omni tempore esse, persuasissimum habeas.
Ut taceam vel solam virtutem Tuam dignitatisque fa-
stigium menti meæ tantam venerationem impresfisse,
ut TE, VIRORUM PRÆSTANTISSIME,
perpetuo cultu unice colam & observem. Nihilomi-
nus pietatis officia in hunc usque diem lubens rejeci.
Nec immerito. Nondum enim, quod pace, VIR
EXCELLENTISSIME, TUA dixerim, ad il-
lud beatitudinis culmen, & honorum Tribunal Do-
mum TUAM accessisse auguratus sum, quod diffusa
TUA in rempublicam ingentia merita deposcere vi-
debantur. Hac vero Luce, cum providentissimo Nu-
minis

minis Optimi fato Filium TUUM & natu, & pater-
narum virtutum æmulatione, maximum Honoribus
Academicis & Senatoriis fulgentem, adeoq, TUI simil-
limum videas, ad summum Cacumen res TUAS secun-
das pro vectas esse, omnes, qui TIBI maxime cupiunt; con-
fidentur, admirantur, stupefcunt. Me Ipsum & pia vota,
quibus eo tempore TE parentem omni prole, naturæ
ordine turbato, orbum, Abrahami fide atque exem-
plo confolatus, & quicquid à Deo Immortali precatus
sum, superavit exitus. Haudquaquam igitur me co-
hibere diutius potui, quin inter tot faustas Clientum
Tuorum acclamations, inter tot gratulationes & læ-
titiae significations, quæ hodie aures TUAS feriunt,
publicum effusifsimi Gaudii testimonium exhibeam,
exiguum quidem illud, sed non exiguæ in TE, VIR
ILLUSTRIS, pietatis & devotæ mentis monumen-
tum. Ast animo fere pendeo, magisne TIBI Pa-
renti de tali Filio, an huic de Tanto Patre gratuler.
TIBI, qui Filium nactus es Virum ad summa quævis
natum, moribus ad omnem elegantiam compositis, su-
pra seculum modestum, supra ætatem doctum, selecta
Juris scientia & integritate Judicii nulli inferiorem,
Qui Juvenum Decus, & Patriæ spes inclyta nostræ,
Nobilitate potens Proavorum, animo tamen ipso
Nobilitatus
omnem de se conceptam spem non modo implevit, sed
etiam

etiam vicit. Aut hunc Ipsum feliciorē censeam, cui
Deus & Natura pium Parentem esse voluit, magna-
nimum, semper sibi similem, Virum Constantissimum,
cujus vivendi rationem non inferioris sortis homines,
sed altissimi gradus Viri extollunt. Qui Juris-Con-
sultissimus solidam justī & æqui scientiam a Causidi-
corum injuriis vindicat, & in Tribunalibus magnis
assidua Judicandi exercitatione & justitiæ zelo Pro-
vincias, Regiis Codicillis clementissime demandatas,
strenue tuetur, Fori & Seculi nostri Ornamentum.
In Laudum TUARUM præconia ire Mores TUI
prohibent, qui nihil magis, quam encomia, quæ co-
ram sunt, & lenocinium adulandi, quod plerorumque
aures titillat, fugis. TE itaque Magnum Paren-
tem in Filio, Tui Simillimo, raro Exemplo, admiran-
tur omnes, Utrique Vestrum laudes & plausus Voti-
vos decernentes. Hunc felicem, quod TE Pa-
trem, TE feliciorē, quod Illum Filium adeptus sis,
agnoscunt. Mirum quantum Liberi Parentum,
quibus inculpati mores, exemplis, quid imitandum
vitandumque sit, doceantur, quantum horum vi-
tia illos corrumpant. Flos Juventutis spes est re-
nascentis Reipublicæ, cuius maxime interest, ut
mentes teneræ recte formentur. Romanorum certe
Juventuti æternum est opprobrium Lex Scantinia, ad
cobi-

cobibenda illius Scelera à Tribuno Plebis lata. Nec minus ad illorum, qui Patres Conscripti, & qui inter eos fastigio Consulari eminent, exempla Civium tota progenies componitur. Hæc vivæ sunt Leges Vestiarie, quæ bonos regentium mores vi blanda hominibus omnium ætatum ad illos imitandos magis infundunt, quam phaleræ bracteatae, & quod in habitatione, instrumento, victu & comitatu conspicuum ac singulare cernitur. Quis adeo hospes est in nostra Civitate, qui vitæ ac Domus TUÆ, VIR EXCELLENTISSIME, institutum nesciat? Qui hac ipsa luce Tuorum Exemplo comprobas, TE Parentem Optimum, TE Consulem Dignissimum esse, qui omnium suffragiis Instrumentum boni Seculi, rectissimus felicissimusque rei publicæ & privatæ moderator Jure meritoque chuis. Hanc vero TUAM TUORUMQUE Beatitudinem, quæ certe major est, quam cui fortuna nocere possit, non fato, sed DEO unice tribuis, quem animo sincero & integro, non ficta pietate, fronte moroso, aut obstipito capite colis, aliorum censuras rectæ conscientie stimulo fultus negligis, nec Liberorum honores anxie quæris; quin potius Filio TUO Senatoria illa Dignitas quam plurimi, qui senaturiunt, exprimere student, Te pene inscio destinata fuerit. Quas virtutes & pietatem TUAM singularem cum omnes, etiam qui minus favent, inviti loquantur, illarum commemoratione auribus TUIS abuti nolo, quod si præter intentionem factum jam sit, ingenuo, precor, affectui, quo TE, prosequi
reli-

religio jubet, ad scribas, ac Fronte TUA, id est, se-
 rena accipias. Ego sane communi Lætitia propria-
 que perfusus ad pia Vota, quæ in hac solenni Pane-
 gyri debeo, & incomposite tandem prorumpunt, depro-
 pero: Numen Æternum TE, VIR INCOMP A-
 RABILIS, Servet Bono publico quam diutissime. Lar-
 giatur Vires numeribus, quibus defungeris, majores.
 Det TIBI in Tantæ negotiorum mole ætatem, quam me-
 reris, & valetudinem, qua usus fuisti, prosperrimam, ut
 nullam TUA senectus senectutem, sentiat, ut Saxonice
 Tribunalia Juris-Consulti Oculatissimi, quo axioma
 Marcellus Cala, Neapolitanus illustris est, Consiliis
 perpetuo fruantur. Faxit Deus, ut nunquam deficiat
 TUA progenies. Servet Filium in Ordinem nostrum
 nunc summa cum Laude adscitum, quo majorum glo-
 riam tueatur, exæquet, superet. Servet gentem splen-
 didissimam, cum Coniuge Honoratissima, Sexus Sui,
 TUÆque Domus Ornamento! In hoc voto desinam.
 Vale VIR EXCELLENTISSIME, & me, Tui
 observantissimum, amore Tuo dignare. Dabam
 Lipsiæ d. IV. Dec. MDCCXXVII.

